UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Theodosio Presbytero. 385.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Τιμοθέῳ λαμπροτάτῳ. τπδ.

Ὅτι μὲν τὸ πρᾶον οὐκ εὐκαταφρόνητον ἔχεις, οὐδὲ τὸ ἀνδρεῖον ἀνήμερον· ἡ γὰρ φιλανθρωπία κολάζει τὴν ὠμότητα, ἅπαντες ἴσμεν. ὅτι δὲ χρή σε καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἀναδήσασθαι, ἵνα ἐν πᾶσι διαλάμποις, τοῦτο παρ' ἐμοῦ μάνθανε.

Timotheo clariſſimo. 384.

Quòd tu quidem non deſpicabilem lenitatem habeas, nec agreſtem & immanẽ fortitudinem (humanitas enim ac manſuetudo crudelitatem coërcet) omnes exploratum habemus. Quòd autem aliis quoque virtutibus redimitum te eſſe oporteat, vt in omni laudis genere clarus ſis, hoc ex me diſcas velim.

Θεοδοσίῳ πρεσβυτέρῳ. τπε.

Οὐχ ἁπλῶς ἐπιτίθεται ὁ δεινὸς πειρατὴς τοῖς ταύτην τὴν χειμῶνος γέμουσαν πλέουσι θάλατταν, ἀλλὰ πρῶτον διακωδωνήσας, καὶ τὰς ῥοπὰς καὶ τὰς ὁρμὰς τῆς ψυχῆς καταμαθὼν οὕτως ἐπιχειρεῖ, καὶ τὰς μηχανὰς πλέκει. διὰ τί γὰρ εἰς πορνείαν οὐκ ὤθησε τὸν Ἰούδαν, ἀλλ' εἰς προδοσίαν; ὅτι ἐκεῖνο μὲν τὸ μέρος ἑώρα ἠσφαλισμένον, τὸ δὲ περὶ φιλοχρηματίαν σφαλερὸν καὶ σαθρόν. ἐκ γὰρ τῆς κλοπῆς τοῦ γλωσσοκόμου ἤλπισε καὶ εἰς προδοσίαν αὐτὸν ῥᾳδίως ὁρμῆσαι. τὰς ὁρμὰς οὖν ἑκάστου καὶ τὰς ῥοπάς, καὶ τὰς συγκαταθέσεις πολυπραγμονῶν, καὶ οὐδένα καιρὸν οὐδ' ὥραν παραλείπων, οὕτως τὰς ὕλας ἔξωθεν χορηγεῖ, καὶ εἰς ὃ ἐπιρρεπῶς ἔχοντα αἰσθάνεται, εἰς ἐκεῖνο τιτρώσκει. χρὴ οὖν πανταχόθεν ἠσφαλίσθαι τὸν εὐδόκιμον. πολλάκις γὰρ πολιτείαν ὥσπερ πόλιν ἀπορθήτοις τείχεσι πεπυργωμένην, διὰ μέρους σαθροῦ παρεστήσατο, ματαίαν τὴν τῶν λοιπῶν τειχῶν δείξας ὀχυρότητα.

Theodoſio Presbytero. 385.

Non ſimpliciter adoritur callidus ille prædo eos, qui hoc tempeſtatis plenum mare nauigant: verùm exploratis priùs atque cognitis animæ propenſionibus & appetitionibus, ita demum aggreditur, ac machinas ſuas inſtruit. Quid enim eſt, quamobrem Iudam non ad libidinem, ſed ad proditionem impulerit? Nimirum quia partem illam præſidiis firmatam videbat: eam autem, quæ ad auaritiam pertinebat, infirmam & imbecillã. Ex crumenæ enim furto in ſpem venit fore, vt ipſe ad proditionem quoque facilè ſe cõferret. Quocirca vniuſcuiuſque appetitiones atque inclinationes & aſſenſus inquirens, nec tempus vllum aut horam prætermittens, ita denique materias externè ſubminiſtrat, atque in ea parte, ad quam eum propenſionem habere ſentit, vulnus infert. Ac proptereà eum, qui laudem & gloriam conſequi cupit, omni ex parte munitũ ac obſeptũ eſſe oportet. Sæpenumerò enim hominis vitã, non ſecus ac ciuitatem quandam inexpugnabilibus muris circundatam, per nutantem & imbecillam partẽ ditioni ſuę ſubiecit, atque inanem & inutilem reliquorum murorum firmitatem reddidit.

Ἐλισσαίῳ μονάζοντι. τπϛ.

Εἰ ὁ ἅγιος Δανιὴλ ἄγγελον θεασάμενος, καὶ ἀγασθεὶς τὸ κάλλος τοῦ ὀφθέντος, πρηνὴς ἔπεσεν, ἐκπλαγεὶς πρὸς τὸ παράδοξον τῆς θέας, ποίαν ἕξουσιν ἀπολογίαν, οἱ πατρὶ καὶ υἱῷ μεσιτεύειν τολμῶντες, καὶ τὴν ἀρρη-

Eliſæo monacho. 386.

Si ſanctus Daniel, Angelum conſpicatus, atque ex conſpecti pulchritudine admiratione perculſus, in terram pronus cecidit, ſpectaculi videlicet nouitate attonitus, quamnam tandem accuſationem habituri ſunt, qui Patri & Filio arbitros ac